Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

bonum est confiteri dño et psallere nomini tuo altissime. Ofto.
Oremus populi tui quos dñe clamant exaudi: ut beati Nicolai meritis tui atq; pontificis mitis adiuuentur. cuius passione letamur. Sapientie.
Beatus uir qui inuentus est sine macula: et qui post aurum non abiit. nec speraunt in thesauris pecunie. Quis est hic et laudabimus eum? fecit enim mirabilia in uita sua. Quis probatus est sicut illo et perfectus inuentus est? et erit illi gloria eterna. Qui potuit transgredi et non est transgressus: et facere mala et non fecit. Ideo stabilita sunt bona illius in dño. et eleemosinas illius enarrabit omis ecclia sanctorum. Gr.
Iustus ut palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur in domo dni. V. Bo
num est confiteri dño et psallere nomini tuo altissime. Alla: Iustus germinabit sicut lilium et florebit in conspectu ante dnm. Infra hec tract.
Bts uir. ut s. Sed in lucam.
In illo t: dicebat ihs ad eos. Si quis uult uenire post me. abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere: perdet eam. Nam qui perdiderit aiam suam propter me. saluam faciet illam. Quid enim prodest homini si lucretur uniuersum mundum. anime uero suae detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro aia sua? Filius enim hominis uenturus est in gloria patris sui cum angelis suis: et tunc reddet unicuiq; secundum opera eius. Offertorium. In iustitia tua dñe letabitur iustus et sup salutare tuum exultabit